

Sereniss.^s Dux dixit in dicta die & loco dictis Capellanis suis, quod erat contentus & placebat sibi, quod in bona hora Christi ipsi Capellani sui deberent procedere pro modo &c.

970) *Electio Primicerii per Canonicos S. Marci.*

Die 27 mensis Junii de mane, cantata et audita Missa Spiritus Sancti, predicti Capellani Ecclesie S. Marci cum licentia et beneplacito Sereniss.ⁱ et Eccell.^{mi} D. Ducis predicti, reduxerunt se simul etc. Et elegerunt in Primicerium Ecclesie vel Capellae S. Marci venerabilem virum D. Franciscum Bembo filium D. Johannis SS. Apostolorum Canonicum Mothonensem, Capellanum Ecclesie S. Marci predicti.

¶ Vedasi più distesa sposizione del fatto nel Corner l. c.

971) *Confirmatio D. Ducis de Primicerio.*

Die 17 Mensis Septembris 1381, Indiēt. XV. (XIV.) Cum Venerabilis & Nob. vir D. Franciscus Bembo filius N. V. Johannis Bembo SS. App. Primicerius Ecclesie S. Marci electus comparuerit coram Sereniss.^o Et Eccell.^{mo} D. D. Antonio Venerio Venetiar. Inclyto Duce &c. in throno sive Cathedra sua pro audiendo Missam, & cum maxima reverentia & humilitate flexis genibus petierit, quia bene obtinuerit Ordinem Sacerdotii, investiri ab ipso D. Duce de Primiceriatu Ecclesie vel Capellae suae S. Marci, sicut soliti sunt investiri alii Primicerii per elapsa tempora: praefatus Sereniss.^s D. Dux ipsum D. Franciscum Bembo Primicerium Ecclesie & Capellae suae S. Marci benigne investivit de Primiceriatu predicto cum annulo suo solito, cum quo facit alias investitiones, & fuerunt verba & omnia supradicta Eccell.^{mi} & Serenis.^{mi} Ducis predicti in